


ri parte crucis collocanda. Tandem reiectis 9. ex proposito numero, remanet etiam o. Posteriorius autem exemplum ita examinabitur per 9. Reiectis 9. ex radice 21372. remanent 6. in utroque latere crucis ponenda. Multiplicatis autem inter se hisce figuris 6. & 6. fiant 36. reiectisque 9. ex 36. & ex residuo extractionis, superfluent 6. Tantundem remanet, si reijciantur 9. ex dato numero.

Quod si multiplicetur radix prioris numeri in se, producerur idem numerus prior. Item si radix numeri posterioris in se multiplicetur, productioq; numero addatur residuum extractionis, gignetur idem numerus posterior.

Obiter etiam hic aduertendum est, in nulla extractione radicis quadratae residuum, si quod est maius esse posse, quam duplum radicis inuentæ. Si enim superaret duplum radicis inuentæ, vel vna unitate, haberet numerus propositus radicem vna unitate maiorem illa, quæ inuenta est. Ratio huius rei est, quod quilibet quadratus superat proxime minorem numerum quadratum duplo radicis ipsius minoris quadrati, & insuper vna unitate; adeo vt, si addatur 1. ad duplum radicis cuiusvis quadrati, & hoc aggregatum ad quadratum proxime minorem, fiat quadratus proxime maior. Ut quadratus numerus 64. superat numerum quadratum 49. numero 15. Constat autem numerum 14. duplum esse radicis quadrati 49. quæ est 7. superesseq; vnam

Residuum  
in extra-  
ctione  
quadratae  
radicis  
mai⁹ esse  
nō potest  
quam du-  
plum ra-  
dicis in-  
uentæ.

Quæ sit  
differētia  
inter du-  
os qua-  
dratos p-  
ximos.



6

6

6